



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Henricus 8 ab Ecclesia se separat. n. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**



## PRÆFATIO.

I. **N**otior est à fide Catholica in Anglia facta discessio, quam scripserunt de Schif.  
vt multis de illa prefari necesse sit: nam **V** Nicolaus Sanderus luculenter eius originem latinè descriptus, **V** derus, Ria Petrus Ribadeneira eandem idiomate Hispanico euul- gavit, & alij deinceps in commentaria digesserunt ple- raque que annis consequentibus euenerunt; ipsa denique res, fama, terra marij, gestis, odio sui vel amore, orbem impleuit vniuersum. Quia tamen causa & effectum est tam arcta connectio vt sibi inuicem lumen adferant, **C**actio[n]es hominum prout res à quibus ortum ducunt variantur scripturo de Anglis è Societate Iclu, paucis de summa rei dicendum erit, vt cùm de causa consisterit, eorum etiam quo[s] sint merita, que hac in causa ab hominibus Societatis per Angltam, vel ex ira Angliæ fines, aut gesta aut tolerata sunt, certius intelligatur.

II. Henricus eius nominis octauus Rex Angliæ cùm Catharinam con- Henricus 8.  
iugem, filiam Ferdinandi **V** Isabellæ Hispanie Regum (quam anno nono su- ab Ecclesia  
pra 1500. duxerat) post annorum ferè viginis cohabitationem, prolesque suscep[t]as, fastidiret, rogauit Pontificem Clementem septimum, vt decla- raret ligitimum nunquam inter illos tenuisse Matrimonium, concessionem que Iulij secundi Prædecessoris, nullius fuisse roboris, sed omni ex parte inuialidam, fuerat enim Catharina vxor defuncti Arthuri fratri Hen- rici.) Pontifice non assidente, domestico Iudicio dicta sententiâ aduersus Catharinam, Rex Annam Bolenam, quam deperibat, thoro legitimo su- perinduit: Et quoniam Pontifex, qui propositionem diuortij non pro- barat, factum damnabat, neque potestate ad revellendam successoris sui gratiam, quam suadebat intemperans Regis animus, volebat abuti, omni per Angliam potestate per gradus quosdam excluditur, **V** edictis publi- cis decernitur perperuò excludendus.

III. Nam anno eius seculi trigesimo in communi ordinum Con- Henrici 8.  
uentu lex fertur, vt que cause ab omni memoria censebantur fori Ec- anno 24.  
clesiastici, regni finibus non extrahantur; is vero qui in earum aliqua C. 12.  
Auctoritatem summi Pontificis curarit interponi omnibus bonis **V** perpe- anno 25.  
tuo carcere multetur. Sequenti deinde anno eriam decreta Synodalia in- c. 19. 86.  
tra regnum, subiiciuntur examini Laico, & prohibentur Episcopi noua<sup>24</sup>  
condere, nisi quis Rex consenserit præluisset. Tum ipsa Elecio, Cenfir-  
matio, Consecratio Episcoporum intra Angliæ limites clauditur, nulla ha-  
bita summi Pontificis ratione, ne quidem ad Archiepiscoporum insignia